



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Capvt VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

arripere conuenit. Nam qui id faciunt, Dei consilio aduersantur, qui eiusmodi miraculis in Christi sui cognitionem nos adducere conatur.

Christus promi-
scue omnibus
medetur.
Isais 49.
2. Cor. 6.
Psal. 139. 143.
Isais 64.

Deinde aliud bonitatis & benevolentie Christi argumentum est, quod promissum omnibus beneplaciti tempus erat (ut propheta ait) non iudicii: & quam hoc nobis necesse sit fieri, ipsa alio de testatur. Nam si in iudicium nobiscum descendat Dominus, & iniquitates nostras obferret, quod sustinebit, quando iustitias quoque nostras abominabiles esse constat? At non iudicio nobiscum conueniet Christi, si dum tempus est, ad ipsum conuersi, illius opem ex fide imploremus: cuius clementia infinita exempla in scripturis habentur. Simul vero Christi facilitatem nos imitari debet, ut propterea seueritate & rigidiore censura in fratres tunc ueamur, quando afflictis rebus pariter iuuantur, quam iudicio contendere, proximi necessitas inebet. Quod imprimis referri debet quod Solomon Ecclesiae suo de obseruandis temporum occasionebus tradidit. *Vi enim tempus est occidendi, & tempus medendi: Ita tempus esse cogitemus, quo hominum uitia corripiamus, aliud uero tempus quo ipsam misericordiae & charitatis officia praestemus.*

Diuina Christi
potentia.

At non minus hic diuina Christi uirtus elucet, & quae omnium morbis ita subito mederi potest, Hanc ita consideremus o fratres, ut illum non minus animabus nostris mederi credamus, quae iam mortis merito a peccati noxa & aeterna damnationis supplicio redempti, & ipsam ex suo spiritu uisus nouas vires indidit, quibus satanae tentationibus resistere, seque Deo puras & impollutas feruere possint. Quorum consideratione ita nos excitari oportet, ut ardentis salutis studio inflammati, iam in Christo quaeramus, inuentam fide uera amplectamur & constanter teneamus. Ita fiet, ut illi merito restitui, cum eodem aeternum uiuamus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas uicenum. Amen.

ET conueniunt ad eum pharisaei & quidam ex scribis, qui uenerant Hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius pollutis manibus (id est illotis) edere panes, quae sunt. Nam pharisaei & omnes Iudaei, nisi crebro lauerint manus, non edunt, tenentes traditionem maiorum: & a foro reuersi, nisi loti fuerint, non edunt. Et alia multa sunt, quae acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum, & sextariorum, & aramentorum & lectorum. Deinde interrogant eum pharisaei & scribae: Quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem Seniorum, sed illotis manibus edunt panem? Ille uero respondens, dixit eis: Enimvero bene prophetauit Isaias de uobis hypocritis, ut scriptum est: Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum procul abest a me. Frustra autem me colunt, docentes doctrinas, mandata hominum. Nam omisso mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones sextariorum & poculorum, aliaque similia eiusmodi facitis multa.

Argumentum
& usus praesentis
loci.

VT Deus iam inde ab exordio mundi salutarem uerbi sui doctrinam reuelauit, quae homines in uera salutis ratione instituerentur: Ita communis noster hostis satanae uicibus saeculis illam falsis & erroneis traditionibus corrumpere studuit: nimirum ut ea occasione homines a uera Dei cognitione abduci, circa fidem simul & uita officia omnia errarent. Quae causa est, quod fides uerbi Dei praecomibus semper cum falsa doctrina & illius uicibus contentio fuit, quod in scripturis non modo uera doctrina proponitur, uerum etiam falsae doctrinae oppugnatur. Quem morem Christus quoque in praesenti obseruat. Postquam enim discipulis, qui

Evangelij sui praecones constituerat, in omnibus ijs plenissime instituit, quae ad ipsorum officium pertinuerunt: modo cum falsis doctoribus congregaretur, & de illorum traditionibus iudicare doceret. In quorum consideratione ita nobis versandum est, ut ipsi quoque, falsam doctrinam & hominum traditio-

nes oppugnare & fugere discamus. Primum enim falsi doctores, Christi adversarii producuntur, quos Marcus commode Apostolis, de quibus supra egerat, opponit. Illos autem ex pharisaeorum & scribarum numero fuisse, & Hierosolymitanos esse scribit. Et pharisaos quidem eos fuisse scimus, qui propriae iustitiae fiducia inflati, fidei iustitiam, quae in Christo offertur, sibi vendicabant, cum interim circa humanas traditiones potius occuparentur. Omnibus vero illius loci & ordinis praestabant, qui Hierosolymis erant, eod quod illis externa religionis sedes esset, & celeberrima totius gentis schola, penes cuius antistes ius erat interpretandi in omnium doctrina, qui fidem & religionem novam invehere videbantur. Unde ad Ioannem quoque, Hierosolymis sacerdotes & Levitas ex phariseorum ordine missos fuisse legimus, qui in illius doctrinam inquirerent. Et ex eorum numero hic prodeunt, qui Christo litem movent, ut falsas & invidiosas hominum traditiones defendant. Hinc vero patet, unde plerique prodeant falsi doctores & gravissimi veritatis hostes. Nimirum ex ipsa ecclesia, & quidem ex illorum ordine, qui sibi in illa primatuum vendicant. Nec enim aliter fieri potest, quando illi post habitam Dei gloriam, privatim commodum quaerere, et suo honori studere incipiunt, quales hostes fuisse, Christus alibi testatur. Et quod hic illi accidit, hoc ipsum olim propheta experti sunt, quos fere Hierosolymis casos fuisse, ipse Christus testatur. Et Hierosolymis prima adversus Christi ecclesiam persecutionem a sacerdotibus excitata esse, & postea ex Iudaea descendisse qui gentium ecclesias in iustificationis legalis doctrina turbarent, nemo ignorat. Idem quoque postremis temporibus evenit, ut Paulus praedixit, quando Antichristi sedem in templo Dei monstrat, & ex Episcoporum numero lupos illos graves prodituros ait, qui gregem Domini devastent. Horum itaque nos meminisse oportet, quando hodie Romanos Pontifices ubique locorum suos a latere legatos habere videmus, quorum in insidiosis consilijs veritas oppugnatur: nec non vicinios loci auctoritas moveat, quando ex Hierosolymis adversarios Christi acerrimos prodixisse videmus. Observanda sunt haec adversus eos etiam, qui ecclesiam errare posse negant, & sub huius nomine multa obrudunt, quae scripturis nullis confirmari possunt. Nam ut hic videmus, non semper vera ecclesiae membra, multo minus eius veri antistes sunt, quicumque ex ea prodeunt: sed tam de illis quam eorum dogmatibus ex Dei verbo debet iudicium fieri, &c.

Quid vero isti faciunt? Vident Apostolos illorum manibus cibum capere, & de eo conqueruntur, quod illud cum more communi pugnet, qui ex veterum traditionum observatione ita induerant, ut hoc discipulorum factum immane scelus esse ipsis videretur. Videntur autem discipuli hoc velut exemplum Christi (de quo simile quid apud Lucam legitur) vel etiam illius iussu fecisse, qui hoc ita fieri voluit, non quod illi sordidius placeat, sed quod adversus illos discipulorum occisionem caperet. Observabis autem hoc loco, circa quae fere versentur humanae traditiones, & in quibus rebus consistat, quae illis nunc religio. Deum spiritu & veritate colere, Christus docet: venerationes in quibus adorantur, & interiorum hominis facultates potissimum requirit, & quaecumque instituit externa fidei exercitia, eod dirigunt, ut animi per fidem ipsi facilius & firmiter uniantur. At quia haec Deo prestare, carni duri & graue videtur, interim omnes religionis & Dei cultores videri volumus, fere ut, ut his omnis, vel solis externis inhaerant homines, vel etiam a Deo traditis non contenti quaedam ex semetipsis instituant, illis deinde occupentur, & si illa praestiterint, omni se officio defunctos putent. Et hoc in Iudaeis videre, qui cum legem a Deo accepissent, quae sanctificationem omnem ab ipso Deo per Christum nobis conferri docebat, & eandem circuncisione, sacrificijs & exterius purificationibus adumbrabat, quibus illi simul officij admonebantur: horum tamen omnium immemores, exterius solis confidebant, nec tamen legalibus purificationibus contenti, nec in eam intenti, quae his adumbrata in Christo plena & perfecta habetur, simulq; omisso puritatis & innocentiae studio, lotiones externas instituerant, quibus non modo corpora sua, verum etiam omnis generis vasa indies abluabant, quasi ipse etiam animae istis purificari possent. Nec diversa ab hac est hodie eorum religio, qui diversis vestium generibus, chameunij, candelis & cereis, exorcismis, crucibus, aqua lu-

Christi hostes Hierosolymitanos ueniunt. Math. 6. Luc. 18. Actorum 15. 10an. 11. Veritatis hostes ex ipsa ecclesia prodeunt. 10an. 2. 5. Malach. 23. Luc. 13. Act. 3. 4. 5. 6. 15. etc. 2. Thess. 2. Acto. 20.

Scribe Apostolos ob manus illorum accusant. Luc. 13. Humanae traditiones in quibus uersentur. 10an. 4. Deut. 6.

p

Act. 15.

Apostoli patrum contemptores esse insimulantur.

De patribus quid sentire conueniat.

Deut. 4. 12.

Christus scribarum accusatio nem diluit. Isaie 29.

Ioan. 5. Humanarum traditionum manitas.

strali, igni purgatorio, baptismis campanarum, & alijs eius farina nenijs lastrandi sue purgandi vim tribuere consueuerunt: cum interim uita innocentiam, charitatis officia & fidem in Christum, qua sola animos nostros purificari Apostoli docent, securi negligant, &c.

Porro uideamus, quibus argumentis suam accusationem nostri illi confirmant. Quare (inquies) cui discipuli non ambulat secundum traditionem seniorum? Seniores & horum statuta allegant, ut Christo inuidiam concilient, ut qui de Senioribus siue patribus communis Iudaeorum gentis ueraciter honorifice sentiat. Solet enim uulgus patrum memoriam & auctoritatem magni facere, & ueraciter bile scelus putatur, si quis illorum auctoritati aliquid derogat, maxime in ijs, quae ad salutem negotium spectant. Ita enim illorum & fides & salus in dubio vocari uidentur. At qua obsecro in re seniorum traditiones transgressi sunt Apostoli? Cur (aiunt) illorum manibus comedant panem? Pater hoc ne tam grane scelus est, quod à tantis uiris tanto cum conatu accusari mereatur? At talia facta sunt, quae uerbis tragicis hypocrisis amplificare & exagitare solent. Nam hodie etiam auitam patrum religionem euerisse, Dei cultum dissipasse, fidem abnegasse, ab ecclesia secessionem fecisse, ueracissimos ecclesiae mores atque ritus sustulisse, & sacrosanctam patrum memoriam ueraciter honorifice traduxisse accusamur. At cum causae quaruntur, ob quas tam horrendis criminibus grauamur, non alia obijci queunt, quam quod Papam ecclesiae caput esse negemus, quod Missae sacrificium uideamus, imagines templis eiecerimus, praeposteram uotorum religionem monachos & moniales liberauerimus, purgatorium ignem, exequias pro defunctis, Diuorum intercessionem, passagium, Romanam auctoritatem, indulgentias & infinita alia ludibrio habeamus, quae patres nostri iam annis plus sexcentis maximo pretio habuerunt. Sed bene res habet & fratres, quando non alia nobis exprobari possunt, quam quae per se nullius momenti sunt, & inani duntaxat patrum nomine palliantur. Possunt excusare Christi exemplum, cui haec ipsa ab hostibus exprobrata sunt. Defendit nos ueraciter imperatorum auctoritas, apud quos olim pagani suas idolomanias ipsam argumentis uideantur. Et olim Symmachus aras & idola restitui uolens Valentiniano, Theodosio & Arcadio dicitur. Sequendi sunt nobis parentes, qui securi sunt felicitate suos, &c. Sed tenendum est, in religione omnibus seculis duo fuisse patrum genera. Alterum eorum, qui fidei & religionis formam & Deo acceptam ad posterum transferunt, quales in ueteri testamento Adam, Noe, Abraham, Isaac & huius interpretes prophetae, in nouo autem Ioannes Baptistas, Apostoli & uiri Apostolici fuerunt. Alterum uero eorum est, qui posteris temporibus securi, praeter uerbum Dei multa bona quidem zelo, sed non secundum scientiam comenti sunt, quae ritibus à Deo traditis adhaerent, uel cultum Dei externum illustriorem redderent, uel maiorem animorum deuotionem excitarent, uel etiam eò sanctiores haberentur, quod pluribus ceremonijs essent occupati. Tales in ueteri testamento fuisse, quorum hic fit mentio: at nouissimis temporibus plures eiusmodi exorti sunt, quorum quidam in Concilijs publica auctoritate ad nouos ritus inuehendos abusi sunt, alij priuatis apparitionibus gloriando rudibus & incautis imposuerunt. At cum nulli hominum in Dei uerbum uis sit, ut illud quid uel adijcere uel adimere liceat, frustra illorum auctoritas allegatur, quorum audacia in praepuris iam olim damnata est. Quoties ergo Patres allegantur, ad primos illos recurrendam est, ut ab illis traditam fidei doctrinam firmiter teneamus, nec ab illa nos uilo praeuocari abduci patiamur. Sed de hoc in sequentibus plura dicentur.

Respondet enim huiusmodi Christus grauisimè, & hypocrisis uocat, non conuicti studio, sed uisum fororum impietatem se nequaquam latere, omnes intelligant. Et quia scribae erant, Isaie propheta testimonium adducit, quo simul ostendit, hanc ipsorum hypocrisis non nouam, sed auitam & ueteritatem esse, adeo ut olim prophetis quoque, cum illa negotiorum fuerit. Admonet autem sui exemplo, primum hypocrisis, traditionum inanium auctores siue propugnatores, publice arguendos esse, qui diuini errore liberentur, qui in illis religionem & salutem consistere putant: Deinde omnes contraeas fias de religione ex scripturis dirimi debere, quibus Dei uoluntas nobis manifestatur, quod apud Ioannem discretè monet, cum dicit: Scrutamini scripturas, &c. Quoad uero Isaie testimonium, quod in illis reprehendat, probe considerandum erit. Primum, Labijs (inquit) honorant me, cor autem percul abest à me. Fidei professionem externam & hypocraticam intelligit, qua gloriabantur, &c.

mos h... riorib... docet... rem... mment... bus se... Idem... ent... res... par... mo... p... r... rum... gi... Deo... A... tuta... red... car... leg... ber... lum... conue... Quo... an... m... us... gra... boni... Christi

nos haberent à religione alienissimos. Alterum est, quòd vniuersa illorum religio hominum traditi-
 onibus nitetur. Id verò pulchre suis aduersarijs accomodat Christus, & mox evidenti exemplo
 docet, maiorem apud illos esse humanarum traditionum, quam præceptorum diuinorum auctoritas
 docet, sic in sequenti Sermone patebit. Hinc verò generalis doctrina peti debet. Vanissimam esse o-
 mnem religionem, in qua hæc duo habentur, hypocrisis nimirum & superstitio humanis traditionibus
 hæc suffulta. Primò enim Deum externis non indigere, nec illis coli posse, omnis scripturæ testatur. Psal. 50. 51.
 Idem nec nostro zelo delectatur, nisi quatenus verbi sui regula dirigitur, & externis omnibus obedi-
 entiam præferat, cuius rei evidens exemplum in Saule scripturæ proponit. Et Iudæos zelum Dei ha-
 bere Apostolus fatetur, sed eosdem salutis iacturam fecisse scribit, dum illo seducti, Dei iustitiam
 præsertant, suam verò ipsorum iustitiam stabilire conati sunt. Præterea corporalem exercitationem
 pietatis habere, idem Paulus monet, nisi quatenus fidei regende & cõfirmanda seruiat, quæ
 vero Dei verbo nititur; pietatem verò ad omnia vtilem esse ait, ut quæ vitæ cum præsentis cum fu-
 tura promissionibus habeat. Quid ergo de monachorum regulis & Papatu toto dicemus, in quo nihil
 præter externas sanctitatis fidei larvas & frigidissimas hominum superstitiosorum & ambitioso-
 rum traditiones esse videtur? Ita certe hæc sententia iugulatur, ut frustra nobis patres, Concilia, lon-
 gi temporis præscriptionem & principum regum, & auctoritatem obijciant, cum omnia ista coram
 Deo nullius pretij esse, Christus in præsentem refertur.

At quæ sit fortassis, quid de magistratum legibus & mandatis iudicari debeat, si hominum sta-
 tuta Deo probari non possunt, & num illis obedire fas sit? Vbi respondemus, questionem hanc non
 rectè hoc loco moueri, vbi non de politicis decretis, sed de fide & religione agitur. Quoad verò politi-
 cas leges, alia ex Dei verbo desumptæ sunt, & proinde pro humanis constitutionibus haberi non de-
 bent. Alia verò ordinis causa feruntur, pro vniuersiusq; gentis ratione, & circa res temporarias so-
 lummodo versantur, neq; vllum conscientijs laqueum aut scrupulum iniiciunt. Quibus etiam parère
 conuenit, cum ne seditionum auctores simus, tum quòd magistratus à Deo ordinatos esse constat.
 Quod si verò illi non contenti suis finibus in religione nouas leges statuunt, quibus verus Dei cultus
 aueritur aut impeditur, vel conscientie grauatur, tunc meminerimus Deo potius, quàm homi-
 nibus nos obedire oportere, & ita dandum esse Cæsari quod Cæsaris est, ut quæ Dei sunt illi inte-
 gra & iniolata maneat. Sed de his alibi commodius agetur. Discamus modo in religione, non ab
 hominum auctoritate pendere, sed iuxta Dei verbum illi seruire in spiritu & veritate per Iesum
 Christum Dominum nostrum; cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

De magistra-
 tum statutis
 & legibus.

1. Pet. 2.
 Rom. 13.
 Acto. 4. 5.
 Marc. 12.

Dicebat etiam eis: Sanè bene irritum facitis mandatum Dei, ut tradi-
 tionem uestram seruetis. Moses enim dixit: Honora patrem tuum &
 matrem tuam. Et, Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos
 autem dicitis: Si dixerit quispiam patri aut matri: Corban (id est, dono)
 quodcumq; ex me erit, iuuaberis. Et non permittitis amplius eum quic-
 quam facere patri suo, aut matri suæ, irritum facientes sermonem Dei
 traditione uestra, quam tradidistis: & similia eiusmodi multa facitis.

VT homini doctrina & institutio diligenti opus est, eò quòd per se non percipit ea quæ sunt
 spiritus Dei: Ita cum primis curandum est, ut doctrina hæc pura & sana sit, nec ullis homi-
 num figmentis corruptatur. Nam ut corpora nostra cibis quidem alijs sustentari oportet, isdem
 veri cibi, si venenati sint, exitum afferunt: Ita falsis hominum traditionibus animas iugulari con-
 stat, eò quòd illæ à Deo auocant, & multorum peccatorum causa sunt, ob quæ illius ira exardescit.
 Itaque de his multum in scripturis agitur, & Christus Iesus, qui nobis à Deo patre catholicus & irre-
 fragabilis æternæ veritatis & salutis doctor datus est, in præsentem de his disputationem grauissi-
 mam instituit. Cuius occasionem illi præbuerunt scribæ & pharisæi, qui discipulos ipsius violatæ pa-
 trum traditionis accusarunt, eò quòd manibus illorum ad cibum sumendum accessissent. Vidimus illic

Argumentum
 et usus præ-
 sentis loci.



super, ut circa res leuiculas & nullius momenti occupentur, qui religionem humanam tradidit
meiri solent, & ut plausibili patrum praeextu superstitiones suas defendant, quando verbi Dea-
thoritate destituuntur. At Isaac locum illis Christus opposuit, & humanarum traditionum infir-
mitatem prorsus inutilem esse ostendit, eo quod Deus illis coli nec velit, nec possit, sequitur mala de-
ra responsio istius pars, qua tradiciones eiusmodi etiam noxias & perniciosas esse docet. Nihil
ro totius tractationis hic usus esse debet, ut ab vno Dei verbo pendere discamus, nec illas doctrinas
admittamus, quae illi aduersantur.

Christus in ad-
uersarios retor-
quet id, cuius di-
scipuli accusa-
bantur.

Quoad verò Christi verba, primò in aduersarios retorquet præcipuum accusationis caput, Nam
impie-
tatis notantur Apostolos, quòd illotis manibus accubissent. Quorum factum principium Chri-
stus defendat, illos potius accusandos esse docet, eò quòd maiori audacia & impietate Dei præcepta
transgrediantur. Et sanè duplicis criminis reos agit. Primum est, quòd humanas traditiones diu-
inis præferant. Alterum, quòd suis traditionibus occupati, diuinas negligant, sinò planè irritas faci-
ant. Quorum criminum, ut illud absurdissimum, ita hoc cum immani & inexorabili Dei contem-
ptu coniunctum est. Docet autem suo exemplo Christus, cum impij falsæ doctrinæ patres in con-
grediendum esse, ut illorum errores liberè arguamus, nec quicquam eorù dissimulemus, quæ illi ad-
uersus Dei leges designant. Sunt sanè grauissima quæ istis obijcit Christus, et intollerabilia videtur
terant, cum doctrinæ & religionis antistes haberentur. Obijcit tamen hæc, nec alius iudicium re-
retur, eò quòd hoc rei necessitas postulet, cum hypocriti nihil audacius se aut impudentius quàm
item ad seducendum rudes & imperitos efficacius, nisi palam & liberè arguantur. Non igitur ea
dire oportet, qui hodie multa à nobis dissimulari vellent, & modestiæ leges præscribant, quoniam
illis res est, qui iam olim in doctrinæ & religionis corruptenda omnem modum transgressi sunt, &
hodie adhuc multorum simplicitate abutuntur.

Christus crim-
in scribis intenta-
tum probat.
Exod. 20.
Leuit. 20.

Ne tamen Christus affectibus indulgere, & immerentes tantis criminibus granare videretur,
evidenti exemplo hæc illos facere demonstrat, sic loquens: Moses dixit: Honoram patrem tuum & ma-
trem tuam. Et qui maledixerit patri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si quis dixerit patri vel
matri: Corban (id est, dono) quod ex me erit, iuuaberis. Est autem elliptica oratio, in qua sententia
ligi oportet: Is omni pietatis in parentes officio probe defunctus est. Vel, Is infans erit, si nihil præ-
terea officij parentibus contulerit. Ita enim dicere videtur Christus: Deus per Moysen parentibus
honore & omni officio profèqui iussit. Quam legem adeò sanctè obseruari voluit, ut cum mortuus
esset iubeat, qui vel verbulo in illos peccauerit. At qui vos audiunt, parentes facillè negligunt. Quæ
enim in illos conferre debebant, ad vos in templum deferunt: & si deinceps illorum opem parentum
plorant, illi quasi omnia abunde præstiterint, donaria sacra iactant, quæ non minus parentum iu-
sti quàm sibi profutura clamant. Ita fit, ut parentes senio confecti egeant, vos autem ex illis domum
secure volupruemini, quæ in illorù alimoniam liberi conferrent, nisi vestris traditionibus stabili-
tetur. Num ergo negare poteritis vos, ut traditionum vestrarum auctoritatem stabilitatis, De præ-
cepta abolere & euertere? Nec tamen hoc contenti, in super multa alia eius generis factis, quæ
omitto, cum ipsi illa non ignoretis, nec quenuquam latere possint, qui vestra commenta cum Deo
datis conferre voluerit, &c.

Quid sit Dei
præcepta ir-
rita facere?

Docet locus iste, quid sit Dei præcepta irrita facere, quod crimen illis quoque intolerabile videtur,
qui illo non minus quàm Iudeorum scribæ tenentur. Hoc enim faciunt, non modo qui illa obseruare
prohibent, & illorum obseruatores hostiliter persequuntur, verum etiam quotquot incautos & im-
plices quocumque præextu ab illorum obseruatione abstrahunt, & occasionem præbent, ut illi negli-
gunt, circa alia quædam occupentur, quæ Deus nuppiam præcepit. Ita olim scribæ & Pharisæi pecc-
runt, quos nuppiam legimus vetuisse, quòd minus liberi parentibus beneficerent. At quia ea dicitur,
quæ liberorum in parentes beneficentiam non parum remorabantur, Dei præceptum irritum faci-
dicuntur. At hoc ipsum faciunt, quotquot humanas traditiones vel inuehant, vel defendunt. Et
enim eorum, quæ Deus statuit, studiosissimi videri velint, nec diuini scriptis & legibus quicquam
palam aut violenter derogent, quia tamen sub religionis præextu priuatum commodum quædam
multa instituerent, quorum superstitiosa obseruatione Dei præcepta in contemptum vertuntur &
negliguntur. Nam illorum planè similes sunt, qui in republica sedulo protestantur, se legem pro-

marum auctoritatem saluam uelle, cum interim multa consulant, quibus receptis illa consistere ne-
 quit. Et hoc in Papatu palam, aded ut si omnes illius partes examines & cum his Dei precepta &
 doctrina Christiana articulos conferas, uix unum reperias, qui non istius traditionibus uel totius
 uertatur, uel saltem maxima ex parte labefactetur. Deus se unum uoluit & inuocari uult, & ne deos
 alios nobis fingamus seuerè prohibet. At Papa Diuis preces & sacra facere, & ipsam festos dies
 iugitare & uota nuncupare docuit. Deus imagines fieri uoluit, nec aliquem illarum in religione
 esse uoluit. Sed Papa precipuam religionis partem in imaginum cultu collocat. Deus, ne nomine
 sui abutatur, grauiorè precipit. At Papa sub falso diuini nominis preteritu & impudenti uerbi
 Dei abusu, errores quosuis in ecclesiam inuexit. Deus sabbatum sanctificare, reliquos uero dies di-
 uos facere iussit. At Papa non contentus sabbati religionem fœdis superstitionibus & turpi peccan-
 ditia prophana, insuper infinitis feriis eos grauari, quos labore suo uictu sibi parare cogit ege-
 stas, ociosis uero & male frugis hominibus maiorem peccandi occasionem præbuit. Deus parentes
 colere & senio confectos alere & omni officij genere prosequi iubet. At qui Papam audiunt, Mo-
 nachorum regulas ita huic precepto præferunt, ut uel mortuis parentibus adesse, nefas & im-
 pium esse ducant. Deus magistratus sanctè reuereri, ipsam obedienter subijci, & quod illis debetur
 bona fide persoluere precipit, aded ut ne duris quidem & iniquis dominis quengquam scditiose resi-
 stere uelit. At Papa sub ecclesiastica libertate preteritu, suis creaturis & suo christi matre perunctis
 immunitatem concessit, qua sit, ut non modo à tributis, censibus & relictis alibus persoluendis liberi
 sint, uerumetiam impune scelera queuis designent, dum ciuili gladio illos coercere impium & indig-
 num putatur. Dei preceptum est, Ne occidat. Illi uero & animas occidunt falsis doctrinis, & issi-
 dum non raro corpora quoq; in extremum discrimen adducunt, quando miseros ad immodica iriunia
 addunt, uel peregrinationes longinquas per terram & mare suscipere cogunt. Deus adulteria &
 uenas illicitasq; libidines seueris legibus coercuit, coniugij uero uolum castum sanctumq; passim com-
 mendat. At Papa figmentum est calibatus, cuius doctrina & coniugij maxima ex parte damnat,
 & libidine flagrantibus non ad supra modo matronarum atque uirginum, uerumetiam ad incestus
 & horrendum Sodomie scelus uiam sternit. Dei lege furti genus omne prohibetur. Cæterum Pape
 conuati, monachi & sacrificuli, sub religionis prætextu hereditates alienas inuadunt, exclusis le-
 gitimis hæredibus: ad hoc prædonibus & furibus parocinatur, quando rapti & furto acquisitis
 donarijs scelus omne expiari posse docent. Deus falsum testimonium dicere uetat, & testem menda-
 cium exorsum habet. Illi uero ne Christo quidem & Apostolis pareunt, dum ab his tradita & institu-
 ta esse clamant, que illis ne in mentem quidem uenisse satis constat: quin imò Deum mendacij argue-
 re non ueretur, dum illius testimonio improbe contradicunt, quo ille cælitus de filio suo unico huma-
 ni generis redemptore testatus est. Et hæc quidem de diuinis præceptis dicta sint, que Papisicis tra-
 ditioibus enerti & irrita fieri, nemo opinor posthac negauerit. Transeamus modo ad dogmata, &
 hoc ipsum in illis etiam fieri, luce clarius patebit. Scripturae hominem in peccato concipi & nasci,
 & eiusdem figmenta ab ineunte ætate praua esse, nec ullas ei uel ad cogitandum uires esse docent.
 At Papisici doctores liberum homini arbitrium & uires bene operandi proprias tribuunt. Scrip-
 tura nos sola fide in Christum iustificari tradunt. Illi iustificationem nostrorum operum meritis osten-
 dunt. Scriptura unum inter nos & Deum mediatorem & intercessorem monstrat, Iesum Christum,
 qui idem gloriam suam se nemini daturum esse testatur. At illi quor Diui & Diua in cælis esse cre-
 duntur, tot quoq; mediatores & intercessores esse fingunt. Scriptura nos uni Christo consecratos esse
 in fides diuersissimas sciderunt. Christus Cænam suam mysticam mortis sue memoriâ esse uoluit.
 Illam in sacrificium pro uiuis & mortuis conuerterunt. Christus proximum diligere & egenos iu-
 uare iussit. Illi uel mutas imagines donarijs dicere, aut mortuos rebus externis colere docent. Deus
 laboribus uacare & illis uictum querere monuit. Illi in ignaui otio sanctitatem & Dei cultum col-
 locant. Christus eos qui suum sermonem audiunt, & in Deum fidem atque spem salutis omnem collo-
 cant, rectâ à morte in uitam transire, nec in ullum iudicium uenire dicit. At illi purgatorium ignem
 commenti, Missas pro defunctis instituerunt, quibus Christi promissio tota uertitur, &c. Possent
 insinua eius generis referri, que hic sciens uolens omitto, ne in immensum excrecat oratio. Ista

Ve Papisicæ Dei
 precepta irrita
 faciant?
 Exodi. 20. 7. 10.
 Psalm. 50. 12.
 Deut. 4. 27.
 3
 4
 5
 6
 Exodi. 22.
 Rom. 13. 2.
 Marci. 16. 16.
 1. Pet. 2. 17.
 7
 8
 Hebr. 13.
 1. Tim. 4.
 9
 10
 Prouerb. 6.
 1. Ioan. 5.
 Matth. 3. 17.
 Papisicæ dogma
 ta fidei irrita
 faciunt.
 1. Psalm. 50.
 Gene. 8.
 2. 2. Cor. 3.
 Gal. 3. 3. & c.
 3. Rom. 3. 4.
 1. Tim. 2.
 4. 1. Ioan. 2.
 1. Cor. 1.
 5
 6 1. Cor. 11.
 7 1. Cor. 11.
 8



Gen. 3.
Ephes. 4.
2. Thess. 3.
Ioan. 5.
Cur Christus
preceptum de
honorandis pa-
rentibus potis-
simum alleget?

enim cuius cordato de reliquis cogitandi occasione abunde praeberet possint. Et hinc patet, quod
atroce sit humanarum traditionum pestis, & quid illis hodie responderi possit, qui nos patrum & Sa-
ciliorum atq. ecclesiae statuta violare clamant: cum ipsi sub horum praetextu sacrosanctas Dei leges
& scripturae dogmata impie evertant, &c.

Deute. 17.
Proverb. 30.
Ephes. 6.
Coloss. 3.
Gen. 9.
1. Sam. 15.
16. & 18.

Ceterum ut ad Christi verba redeamus, observabis praeterea, quod cum multa alia eius
potuisset, hoc tamen preceptum de parentibus honorandis, & illius violationem, adducere voluit. Et
enim hoc fecisse videri potest, quod perfecta omnibus esset, nec à quoquam negari posset huius crim-
inis absurditas: simul tamen ad scripturae morem respexisse videtur, quae ut humani ingenij cor-
ruptionem arguat, creberrimam facit huius precepti mentionem: quae tamen alicuii suspensa videri
poterat, quando natura legibus & communi sensu docemur, parentibus nunquam patrem gra-
tiam referri posse, & proinde pro natura monstris censendos esse, qui illos violare audent. Quod enim
est Solonis dictum, qui rogatus cur nullam aduersus patricidas legem tulisset, sibi nunquam in me-
tem venisse dicebat, aliquos eò impietatis progressuros esse, ut eos ledere vellet, à quibus vix pro-
cipium accepissent. Et Romulus, cum patricidas nullam poenam constituisset, homicidium tamen
parricidium dici voluit, quod illud impium atque nefarium, hoc verò impossibile esse diceret. Ad-
cedit hinc vetustissima lex, quae plerisque gentibus in usu fuit: Liberi parentes alant, aut viciantur.
At non ideo superuacaneam putauit Deus huius precepti crebram repetitionem, sed cum videret
eius scriptis hoc ipsum frequenter inculcari voluit. Nec exempla desunt eorum, qui ob violatam
parentes à Deo pessime multati sunt, sicut in Chamo & Absolone esse videre. In quorum compen-
satione viximam hodie iuniores diligentius versarentur. Habentur quidem à nonnullis parentes in
nure, dum illis plus equo indulgentioribus videntur, aut illud sibi quatuorsum esse vident. Vix
num verò vel egenos alere, vel senio confectos & ob atatis visum morosiores ferere, & egrotare
oportet, plerique sese difficillimos & ingratisimos praebent: ut nihil iam de illis dicamus, qui filios
patrum admonitiones sanis excipiunt, & interdum conuicia, vel etiam verberibus respondent. Pre-
cabant Christi tempore, qui religione praepostera decepti, parentes negligebant. Quid ergo de nostris
hiscè dicemus, aut quo non supplicio dignos censuimus? Sed tempus monet, ut dicendi finem facia-
mus. Illud modò repetisse iusticiat, summam apud nos esse debere preceptorum Dei auctoritatem,
adeò ut nec prauis affectibus nec superstitiosis doctrinis locum demus, quae ab horum observatione
reuocare possunt. Ita enim fiet, ut nec à salutis via aberremus, & tandem beatum verae felicitatis
portum attingamus, per Iesum Christum Dominum nostrum: cui debetur benedictio, honor, gloria &
potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A LX.

Et aduocata tota turba, dixit eis: Audite me omnes, & intelligite. Ni-
hil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum polluere: sed
quae exeunt ab eo, illa sunt quae polluunt hominem. Si quis habet aures
ad audiendum audiat. Et cum introisset in domum à turba, interroga-
runt eum discipuli eius de parabola. Et dicit eis: Itane & uos sine intelli-
gentia estis: non intelligitis, quod omne quod extrinsecus introit in ho-
minem, non potest eum polluere? Nam non introit in cor ipsius, sed in
uentrē, & in secessum exit, purgans omnes escas. Dicebat autē: Quod
ab homine exit, illud polluit hominem: Intus enim ex corde hominum
malae cogitationes exeunt, adulteria, scortationes, caedes, furta, auaritia,
scelera, dolus, proteruitia, oculus malus, conuicia, superbia, amentia.
Omnia haec scelera intus exeunt, & polluunt hominem.

Argumentum
& usus presen-
tis loci.

Dominus noster Iesus Christus hucusq. aduersus hominum traditiones diligenter disputauit &
duobus potissimum argumentis docuit, quod à pijs ritibus & explodi debeant. Primum est,
quod

quod circa res externas & nullius momenti versentur, quapropter inutilis sit earum observatio, cum Deus illis eorum non possit. Alterum, quod perniciosae sint & noxiae, eod quod per has corrumpat praepro-
 rum Dei auctoritas. At quia disputationi huic occasionem dederunt scribae & pharisaei, qui discipu-
 los violatae religionis accusarunt, eod quod illos in manibus mensae accubuisse, in praesenti crimen
 istud diluit. Non autem de hoc cum scribis agit, quos incurabiles & calumniatores esse noverat, &
 proinde indignos, quibus cum ageretur: sed cum rudi plebecula, quae cum discipulorum facta, cum
 Christi responsione offendi potuerat, quasi minus honorifice de maiorum institutis sentiret, quae ad
 pietatem & puritatem plurimum facere videbantur. Docet autem suo exemplo Christus, ita arguen-
 dos & confutandos esse falsos doctores, ut simul rudiores de articulis controuersis erudiantur. Ince-
 rim praesens locus diligentem considerationem mereatur: nam veram puritatis & sanctitatis conse-
 quenda rationem tradidit, sine qua (ut Apostolus monet) Deum nemo videre potest. Et si quae hic à

Hebr. 11.

Doctrina Christi ad totum populum pertinet

Christo dicitur, probe teneamus, nullis unquam hominum et aditionibus nos circumduci patiemur.
 Et primò quidem eorum populum conuocauisse dicitur Christus, relictis nimirum scribis & pha-
 risaeis, quos ob propriae sapientiae & iustitiae fiduciam, & priuatae gloriae studium, sanioris doctrinae ne
 quanam capaces esse sciebat. Quo nomine Ioan. 5. illis dicebat: Quomodo vos potestis credere, qui glo-
 riam à vobis inuicem accipitis, & gloriam, quae à solo Deo proficitur, non queritis? Et licet ex
 illis quos, nonnulli cum reliqua turba ad ipsum audiendum accesserint, adeo tamen nullam illorum
 rationem habuit, ut postea discipulis, qui illos grauiter offensos fuisse dicebant, responderet: Omittite
 illos, dantes sunt caeci caecorum. Populum verò graui hortatione attentum reddidit, dum ad omnes per-
 tinere ait, quod modo dicitur sit, nec illos aures tantum, sed potius animos praebere iubet, ut quod au-
 diant, recte intelligant. Audite, inquit, me omnes, & intelligite. Vbi quod illis dicitur, vobis quoque
 dictum esse cogitemus. Admonet enim quales auditores requirat, & quid eos facere conueniat, qui

Matth. 13.

Quales esse conueniat uerbi auditores.

uerbum ipsius cum fructu audire velint. Primò audiant oportet verbum Domini, non quidem obli-
 ter & quasi aliud agentes, sed discendi & obsequendi studio, quo nisi flagrent animi, nullus ex audien-
 tibus verbi ad nos fructus redibit. Ea enim carnis natura est, quod interea dum verbum predicat
 tur, auersissimis cogitationibus & affectibus prauis locum dat, quibus semen illud verbi mox aufer-
 tur, ut in animis nostris ne radices quidem agere, nedum fructus ferre possit. Et eiusmodi auditores
 ead. Ezechielem Dominus describit, quorum hodie ingens vbiq. copia est, qui Dei verbum instar
 caecitiae nihil ad se pertinentis audiunt, nec unquam quae audiunt, ad fidei aut vitae suae institutio-
 nem transferunt. Non temere ergo Christus tam hic quam alibi auditores suos attentos esse iubet,
 cuius exemplum olim prophetas, postea verò etiam Apostolos secutos fuisse legimus. At quia audi-
 disse non sufficit, nisi audita intelligas, de hoc quoque Christus admonet, et eorum quae audiri sint,
 diligentem meditationem requirit, quae verum & germanum illorum sensum percipiant. Longè ergo
 alia Christi mens est, quam eorum, qui verborum Dei sensum inquiri nolunt, & simpliciter creden-
 dam esse clamant: quia populi ignorantia adeo oblectantur, ut linguae peregrinae usum in ecclesiam
 introduxerint, contra Pauli regulam, & infelici populo peruerserint, ut tunc se omni officio circa reli-
 gionem probe defunctum putarint, si lectionibus & cancionibus non intellectus interesset. Quin eò usq.
 rituum dominum audacia progressa est, ut ne domi quidem à laicis scripturas lingua vernacula le-
 gere velerint: nimirum ut inter caecos & planè ignorantibus ipsi strabi & asini regnum obtinere possent.

Ezech. 33.

1. Cor. 14.

At longè aliter Christus, qui de falsa doctrina & vulgo receptis ritibus aduersus scribas disputans,
 omnes ista audire vult & intelligere. Et primò quidem sententiam suam paucis verbis comprehen-
 sam proponit, dicens: Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum polluere: sed quae
 exeant ab eo, illa sunt quae polluant hominem. Et mox denuò attentionem requirens, addit: Qui ha-
 bet aures ad audiendum, audiat.
 At licet perspicua sit haec Christi sententia, & ipsi probe conueniat, quae hactenus de superstitiosis
 ablationibus & purificationibus externis dicta fuerunt: ab ipsis tamen Apostolis minus intellecta
 est. Quare postquam relictis turba domum ingressus est, parabolam hanc sibi planius exponi ro-
 gant. Quo exemplo admonemur, non sufficere simplicem verbi Dei vel lectionem vel recitationem,
 sed simul expositione opus esse, propter carnis tarditatem & peruersitatem, quae vel non intelligit ver-
 bum, vel ne quid ignorare videatur, quiduis temere fingit, aut alio quodam affectu abrepta, quae sim-

Verbum Dei expositione opus habet



Malach. 2.
2. Pet. 1.

placiter dicta sunt, in sensum falsum detorqueat. Ideo verbi ministros Deus constituit, quorum labor (ut Malachias ait) scientiam custodiant, & ex quorum ore populus legem & verum illum sensum requirat. Vbi tamen verborum Petri meminisse debemus, scripturas non privatim interpretari licere, nec licere ministris, ut ex suo cerebro quidvis statuant, sed scripturarum diligentem collationem fieri oportet, ne quis sensus proferatur, quem alibi scripturae oppugnent, nec fiat analogie coniectura. Sed haec obiter annotasse sufficiat.

Verbi ignorantia reprehenditur.
Matt. 5.

Audiamus nunc Christi responsum qui priusquam exponat quod illis obscurius dictum videbatur, ipsorum stupiditatem corripit: Itane (inquit) & vos sine intelligentia estis? Vos (inquam) quos ego lucem mundi esse dixi, & quos orbis totius doctores constitui, quibus tanto tempore mecum familiariter versati estis? Docet autem ista increpatio, illos nequaquam culpa carere, quia cum Dei verbum multum diu, audiuerint, adhuc tamen ignorantes manent, & de ijs dubitant, quae consuetudine notissima esse debent. Est enim hoc non modo ingenii stupiditas, verum etiam securitatem cordis, quae obicit indicium, quam tot admonitiones excutere nequiverunt. Quid ergo de illis olim indicabit Dominus, qui ne discere quidem volunt, & oblatam sibi veritatis doctrinam hostiliter infestantur? Quia tamen discipulis discendi studium inerat, ignorantes non abiecit, sed amice docet, ut quod dixerat verbis debeat intelligi. Sunt autem doctrinae huius partes duae, de quibus singulis dicemus.

1. Vera purificatio non in externis, sed animi sinceritate consistit.

Prima scribas conuincit, qui hominem pollui docebant, si illotis manibus cibum sumeret, sicut hominis purificationem in externis eiusmodi ceremonijs constituebant. Nam in genere docet, quia cibo (nimirum temperanter sumpto & cum gratiarum actione) hominem pollui posse. Argumentatio Christi talis est: Nihil quod per os ingreditur, hominem polluit. At cibis quibuslibet, aut in istis manibus sumptus, per os ingreditur. Ergo hominem polluere nequit. Maiorem probat: Quia quod per os ingreditur, non in cor hominis penetrat, sed in aluum tranfit, & per seculum exiit. Quibus verbis admonemur, hominis purificationem, non in rebus externis, sed in cordis sinceritate & integritate consistere. Si enim ea duntaxat hominem polluant, quae in cor vsque penetrant, vitium est illud haec quoque, sola purificare poterunt, quae cor ipsum attingunt, & in illo operantur quae Deo placet.

Deut. 10. 30.
Isaie 1. 33.
Ierem. 4. 5.
Psal. 51.

Ideo in lege Deus, etsi externos purificandi ritus tradidisset, praecipue tamen cordis puritatem respicit, & illud circumcidere atque purificare iubet. Ratio eius precepti est, quod in corde omnium delinunt fons habetur, qui nisi purus sit, impura et vitiosa erunt, quaecumque ex illo promanant. Ideo passim prophetae monent, & Dauid ab ipso Deo sese purificari & cor mundum creari petit: non quod quod externas illas purificationes ad eam, quam Deus requirit, puritatem nihil conferre possent.

Act. 15.
1. Ioan. 1.

Viderunt hoc ipsum Apostoli, quando sola fide hominum animos purificari docuerunt, quae nec externis inheret, sed vnus Christi merito nititur (cuius sanguine nos ab omni peccato maculamur, apud stolus testatur) nosque totos in illius obsequium vendicat. Errant ergo vehementer, qui huiusmodi ritibus conscientias grauant, imprimis vero, qui Christi doctrinae parum memores, sub religionis praetextu ieiuniorum nouas regulas & ciborum discrimina induxerunt, quasi nonnullorum quodammodo animum polluere, eorundem vero abstinentia purificare queat. Quorum ergo Christus in papa per os introeunt, in cor hominis penetrare, et illum cibo qualicumque pollui negat: Quorum vnus in patris regnum Dei neque in cibo neque potu consistere dicit, si ab istis constituta ciborum discrimina obseruari necesse est? Vel cur alibi decreta eiusmodi inter demoniorum doctrinas connumerat? Nec est quod nobis ecclesiae auctoritatem obijciant, quae non religionis ergo, sed disciplinae causa haec instituit, ut facilius caro coerceatur, quae cibis delicatioribus nutrita magis ferocire solet.

Rom. 14.
1. Cor. 3.
1. Tim. 4.
1. Pet. 1.

Ecclesia enim vnus Dei verbo generatur, ita eodem regitur, nec ipsa sibi nouas leges condit, sed a Deo latius fideliter obtemperat. Deinde, si non religionis ergo ista praecipiunt, cur praecipit eiusmodi conscientiae laesiones iniiciunt? cur horum transgressores pro haereticis habent? cur illos ferro et igne persequuntur, cum inter rea ex hominum pauperum sudore & sanguine viuunt, aut virginum & matronarum carne per adulteria et supra abutentes, impunitos dimittant? Vel si ad illis cordi est disciplina ecclesiastica, cur vnus ipsorum permittit, et exquisitissima fercula ipso ieiuniorum tempore concedunt auioribus, qui praeter alijs legibus solent? At cum ista faciant, illos partim tyrannide, partim superstitione peccare censeat. Nec praeterit verum & legitimum ieiuniorum usum reijcimus, quae pij non certo tempore alligare, sed tunc, subijcitur imponere solent, quando carni lasciuientis freno opus esse sentiunt: quae de re supra Cap. 2. diximus, etc.

Alteri parte de ijs differit Christus, que necessario ijs cauenda sunt, qui conscientijs & animis suis pollui volunt. Ea sunt que ex corde (prauo nimirum nec dum regenerato) prodeunt. Vt enim in cordis integritate hominis purificatio consistit, ita ne illud pollutum sit, & suis figmentis vniuersam vitam conuersationem polluat, cum primis videndum est ijs, qui puri et mundi coram Deo censi vo-
lunt. At ne quid hic nos lateret, que nam illa sine, enumerat. Et primum locum cogitationibus tri-
bit, quas vanas & prauas esse, scriptura alibi testatur, & ipsi in nobis quotidie experimur. Cum au-
tem scelerum omnium irracamenta simul atq; fomenta sine, illas mortificare & restringere scriptura
docet. Ex ijs enim nisi coercantur, adulteria & supra prodeunt, cades item & furta, auarorum ar-
tes infinitae, omnis generis scelera, que vel ire vel odij vel ambitionis affectibus abrepti pariamus,
alibet doli, lasciuia, inuidia (que per oculum malum, vt etiam alibi, denotatur) conuicia in Deum
& proximum, superbia, fastus & alia flagitia, quibus tandem homo ed dementia abducitur, vt instar
Nabalus, quem in Psalmis David describit, Deum esse neget, qui mortalium res inspicit atq; regat.
Hec (inquam) sunt, que hominem polluant, & a Dei sanctissimi consortio abducunt. Quia enim in
corde dominantur, qui (vt supra diximus) omnium actionum fons est, fieri nequit, quin vniuersam
vita conuersationem inficiant. At quomodo cum Deo, qui & sanctitas ipsa atq; ignis consumens est, *Isaia 33.*
conseruabuntur, qui omnibus modis polluti atq; infecti sunt?

Horum vnam meminissent, qui omnia ista pro lusu & ioco habere solent. Cogitationes homi-
num liberas & immunes esse dicunt, quas nec reges coercere queant. Adulteria & fornicationem opus
vitiare vocant, & vix patienter eos audiunt, qui libidinis rabiem coercendam esse docent. Cades & scele-
rum patronos.
vitiare sanguinis studium fortitudinis nomine palliant. Furta & omnis generis impostura indu-
strii & ingeniosi hominis artes censentur. Lasciuia vrbancitatis laudem sibi vendicat. Inuidia, obre-
tatio, & si que alia sunt huius generis, iustitie preteritu excusantur. Superbiam & fastum immo-
dicum nobiles decere aiunt, quorum fortassis hoc etiam esse dicent, vt nec Deum agnoscant, nec ali-
qua verbi ipsius reuerentia tangantur, nec sacra vlla curent. Sunt isti ex illorum numero, quos no-
tissimo seculo exortituros esse, Petrus olim prae dixit. At longe aliter de istis omnibus in presenti
Christi, pronunciat, qui hominem istis pollui, & hac cum sanctimonia pugnare docet, sine qua (vt
iucio monimus) nemo videbit Deum. Nec desunt de singulis horum manifesti scripturae loci, qui-
bus Dei ira & damnatio illis denunciat, qui hujce vitijs absq; penitentie studio indulgent. No-
stram ergo fuerit, ista fugere, & fidei in Christum studere, qua vt corda purificat: ita cum vera Dei
cognitione & charitate coniuncta malarum cogitationum illecebras restringit, sceleribus manifestis
resistit, & tandem aeterni gaudij conforres reddit in Christo Iesu Domino nostro, cui debetur benedi-
ctio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA LXI.

Et illinc surgens, abiit in conuicia Tyri & Sydonis: & ingressus do-
mum, neminem uoluit scire, sed non potuit latere. Cum enim de eo au-
disset mulier, cuius filiola habebat spiritum immundum, uenit, & acci-
dit ad pedes eius, (Erat autem mulier Graeca, Syrophoenitissa genere) &
rogabat eum, ut daemonium eiceret ex filia sua. Iesus autem dixit ei: Sine
prius saturari liberos. Non est bonum, capere panem liberorum, & ob-
ficere catellis. Ipsa uero respondit, & dicit ei: Etiam Domine, etenim ca-
telli edunt sub mensa de micis liberorum. Tunc ait ei: Propter istum ser-
monem abi, exijt daemonium ex filia tua. Cum autem abiisset domum
suam, inuenit daemonium exisse, & filiam proiectam super lectum.

Et si Dominus & saluator noster, Iesus Christus salutis beneficium Iudaeis magno studio propo-
neret, insuper abilis tamen fuit illorum contumacia, qua aduersus eum assidue luctati sunt, adeo
vt nec doctrina & admonitionibus ipsius, nec miraculis lucrifera potuerint. At huius mali praecipua
causa fuit, quod humanarum traditionum laqueis irretiti, propria iustitiam coram Deo statuerunt: cuius

Argumentum
& usus praesens
loci.

fiducia decepti, nec Christi iustitia sibi opus esse putarunt, nec Evangelij lucem ferre potuerunt, que omnes homines peccatores esse docet, & omne nostrorum operum meritum euerit. Ideo Christus usque aduersus traditiones & externas purificationes diligenter disputauit, & cordis puritatem clarari docuit, que nobis ex ipso per solam fidem gratis obtingit, sicuti scripturae alibi copiosius docent. Caterum incredulus & incurabilibus hypocritis, scribis nimirum & pharisais, Evangelista memorabile verum & constantis fidei exemplum in muliere ethiopia opponit, ut illorum quidem morem & contumaciam abominari, huius vero fidem imitari, & per omne genus tentationum constanter clarari discamus.

Christus à iudeis ad gentes digreditur.

Deut. 32. Hsae 65. Hof. 1. 2. & c. Matth. 21.

Præquam verò illius narrationem exordiat, Christum à Iudeis in confinia Tyri & Sidon digressum esse scribit, quasi ad gentes migraturus esset. Et quamuis aduentum suum nollet committere innotescere, eò quòd nondum adesset tempus illud, quo Iudeis omnino reiectis gentes vocari debetis, latere tamen non potuit, quin mulier gentilis illius opem imploraret, & veræ fidei exemplum pararet. Fuit hoc preludium quoddam repudiij Iudeorum, quo illos admonere voluit Christus, quòd de ipse futurum esset, si increduli & contumaces esse pergerent: nimirum quòd illis reiectis, ad gentes eundem velle, & regnum Dei in illas transferre, quòd illa magno studio & ardore amplectere optaret. Quòd licet per Moysen olim & prophetas sepe denunciasset, & ipse postea non semel disputauit, verò bis interminatus sit, non tamen crediderunt, donec Deus sublato ab illis gratia sua patrocinio, ipsi Romanis tradidit, qui vrbe & patria exutos per totum orbem dissiparunt, adeò ut per omnium populorum & nationum terras miseri vagentur. & quorumuis hominum ludibria sustinent. Vnde autem illorum exemplo Deus docere, quid tandem omnes eos maneat, qui veritatis Evangelicæ doctrina sese hostiliter opponunt, ut hominum traditiones, & cultus supersticiosos tueantur. Quoniam (ut Paulus ait) naturalibus ramis non pepercit cum infrugiferi essent, illis multò minus parum perierit, qui in radicem ecclesie aliunde translata & insiti, priorum contumaciam imitantur. Relinquit Christus tales, nec tamen ipsi deerunt alibi locorum, qui ipsum recipiant, & inter quos regnum suum inflauret. At cum primùm Christus recesserit & Evangelij doctrinam sustulerit, mox insipientes & contumaces subsequuntur, quibus verbi sui contemptum Deus vlcisci consuevit. Exempla sunt postmodum obuia, in quorum consideratione vitia attentius versarentur, qui sibipsum subiecta disciplina Evangelicæ, peccandi impunitatem & omnia tuta promittunt, & prouide minus eiusmodi nihil aut parum commouentur.

Mulieris descriptio.

Matth. 15.

Mulier Christi ex auditu didicit. Ephes. 2.

Rom. 10. 1. Cor. 3.

Sequitur mulieris historia, quam Marcus primò Græcam, id est gentilem fuisse dicit. (Sed non enim illo tempore gentes Græci dicit, sicut ex Pauli Epistolis colligere licet) nimirum quòd Iudæi sua veteri lingua vterentibus, Græca inter gentes fere communis & apud omnes vulgariissima esset, deinde Syrophœnissam vocat, nimirum quòd ex ea Phœnicia parte oriunda esset, quæ Syriam proximè attingit. Matthæus Cananæam fuisse scribit, quam gentem olim Deus totam excendat iussit. Venit illa ad Christum, ut filie sue consular, quæ a malo demone miserè diuexabatur. Facit hoc omnia ad fidei commendationem, quæ in muliere ista tanta fuit, ut omnia facile superaret, quæ ipsam impedire videbantur, quò minus à Christo aliquid impetrare posset. Quare non officiantur nisi oportet quid fecerit, ut illius exemplo discamus, quid nos facere conemur. Primùm de Christo audiuisse dicitur, cuius miracula & propensum quosuis inuandi studium (sicut ut fieri solet) longe lateq; vulgabat. Hac igitur excitata adesse, ut ipsius opem imploreret. Ita verò vnde illi cognitio Christi & fides obtigerit, indicatur. Est hæc Dei donum, nec quæquam bis ipsi sunt hominis vires, nisi interna spiritus suggestio & operatio accedat, ut iam sepe monuimus. Attamen verbi prædicatione vicitur Deus, quæ nos erudiri vult & instruit, & cui nos aures præbere oportet, siquidem animos nostros fide illuminari volumus. Notum est enim illud Pauli: Quomodo credent ei, de quo non audierunt? Quomodo audient absq; prædicante? Ergo fides ex auditu est, & auditus autem ex verbo Dei, Item: Dei ministri sumus per quos credidistis, ut cuius. Demum dicitur: Sunt hæc probè obseruanda, Primùm aduersus eos, qui etsi scripturas negare non ausunt, verbum tamen aliquod Dei non scriptum fingunt, quòd ex spiritus reuelatione discant, & ita scripturas sine eo eos, qui ipsorum commentis credunt, diaboli illusionibus exponunt, ut ex spiritus iustitiam se fieri arbitrentur, quæ praua libido et hostis communis suggestio ipsis suggerit. Deinde obseruandum est

hic quod vsus est, ne verbi doctrinam contemnamus, cuius studium scriptura passim commendat: ne us
nobis inani fidei gloriatione imponant, qui verbu improbe contemnunt, et vel suis ipsorum opinionio-
bus vel aliorum placitis circumducuntur. Nienim fides ex verbi Dei audicione obringit, & qui per fi-
dem Dei filij facti sunt, verbum ipsum audiuere (vt alibi Christus monet) fieri nequit, vt fide vera
illuminati sint, qui verbum audire dedignantur, & ab incertis opinionibus dependent.

Deinde, quibus indicijs haec fidem suam declarari, indicatur, qua sane multa & praclarata sue-
runt. Inter illa primas tenet charitas, quam fidei indiuulsam comitem, adeoque cooperatricem esse,
Paulus docet. Elucet haec in illo, quod filiae suae miserabili conditione perinde vt proprijs cruciatibus
afficitur. Nam apud Mattheum clamat: Misere mei Domine, &c. Se ergo non minus, quam si-
lam, miseram esse arbitrat, & ira illi condoleat, vt se quoque in illa excruciarifentiat. Deinde pro-
priam & germanam fidei opus est, quod non ad falsos gentium Deos (quales apud Phoenices et Sy-
ros celebrantur Hercules, Astarte, Dea Syria & plures alij) nec ad veneficorum & Magorum suae
Exorcizarum illicitas artes, sed ad vnum Christum confugit. Ita enim re ipsa restatur, omnem salu-
tatem sibi in hoc vno repositam esse. Accedit his tercio loco humilitas, quam verbis simul & gestis
restatur. Nam ad Christi pedes prociat, et illius misericordiam implorat, nec aliquid allegat, quod
se opem meruisse gloriatur. Ad haec ne quis illam filiae periculo potius, quam aliqua Christi cognitione,
in passam putaret, Christum disertè & Dominum vocat & Davidis filium, quibus verbis illum pro
missum humani generis saluatorem esse fatetur. Constat enim Davidi promissiones factas esse, & pro
phetas Messiam ex illius stirpe proditurum passim docuisse. Quam verò absurdum videri potuit sua
gentis hominibus quod illum saluatorem agnoscit, quem ne Iudaei quidem, ex quibus ille natus erat,
agnoscebant? At non mundi iudicium respicit, sed fidei motum arg, dicitur a sequitur. Postremo, non
momentanea est ista fiducia, sed incredibili constantia suffulta: cuius plura testimonia ex Matthaei
descriptione colligi possunt. Licet enim inuicò nihil respondeat Christus, non tamen illa spem semel con-
ceptam abiicit. Deinde cum pro illa intercedentibus discipulis ita respondeat, vt se ad ipsam pertinere
neget, illa tamen denno vt sibi succurrat, petit. Tandem cum & tempus adhuc obstarè dicat Chri-
stus, quo minus ad gentes pertingat salutis gratia, & ipsam inter canes connumeret, qui gratia Dei
& salutis beneficio indigni sint: adeo tamen non deficit animo, vt inde potius aduersus Christum pie
disputandi occasione arripiat. Esto (inquit) Domine, canis sim, quem me esse fateor libens: Tua ta-
men sum. Cur ergo mihi minus quam canibus sub dominorum suorum mensis reptantibus liceat? Ex-
cipiunt illi micas & reliqua, quae vel labuntur de mensa, vel à dominis, vt parum idonea esui, projij-
ciuntur. Liceat ergo per te eodem beneficio frui, nec dubito sanitas esse tuae bonitatis & gratiae diuini-
tatis, vt vel sole mica illius mihi & filiae meae ad salutem sufficiant. O incredibilem & ingeniosam fi-
dei constantiam, Tonitrua & fulmina dira videri poterant Christi voces, quibus illam reijcere vide-
batur, sed adeo non terretur haec, vt potius maiores ex his fidei vires concipiat, et disputando vincat
eam, qui non alia de causa interdum se nobis minus propitium ostendit, quam vt fidem nostram pro-
bet & ardentior faciat.

Sane autem haec nobis sic consideranda, vt eadem à nobis etiam requiri cogitemus, ne inani modo Fidei uerè ita
fidei professione turgidi ea omittamus, sine quibus illa consistere nequit. Testemur ergo fidem chari-
tatis operibus, inter qua non postremum est, vt mutua, qua nobis in Christo est, coniunctionis memo-
ret, aliorum periculis & miserijs tangamur, & doleamus cum dolentibus perinde ac si in illorum cor-
pore versaremur. In periculis autem, siue nostris siue alienis, ad Christum solum confugiamus, qui no-
bis à Deo patre assertor & saluator datus est. Inuocationi tum publicae tum privatae Confessio iun-
gatur, nec pudeat nos Christi coram mundo adultero & degeneri. Talem verò confiteamur, qualem
scripturae proponunt, quae hanc vnicum & solum humani generis redemptorem esse docent. Venia-
mus autem ad illum, non nostrarum virium siue meritorum fiducia elati, sed propriae indignitatis agni-
tione humiliati, quales Dei cultores semper fuisse constat. Abraham certe se puluerem & terram esse
faturus, quando illi cum Deo sermo est. Petrus Apostolus praesentis Christi potentia consternatus cla-
mat: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Et Centurio dicebat: Domine, non sum dignus, vt Matth. 8.
rectam meum subeas. Peccatrix item illa Evangelica ad Christi pedes considens, illos lachrymis ex-
cordae humilitate & peccatorum agnitione constricto manantibus abluerat: cui non ad similes publica-

Quibus indi-
ciji mulier haec
fidem suam tes-
tatur.
Galat. 5.

2. Sam. 7.
Psal. 89. Et.
Isaia 11. Et c.

Fidei uerè ita
dicitur & excet-
citia.
1. Charitas.
Rom. 12.
2. Inuocatio.
3. Confessio.
4. Humilitas.
Genes. 18.

Luc. 5.
Luc. 8.
Luc. 7. 18.

1. Pet. 5.
5. Constantia
in tērationibus.
Iſaie 49.
Matth. 10.
Rom. 7.

1. Cor. 11.
Matth. 11. 17.

Rom. 11.

Fidei effectus
apud Deum.

nus fuit, qui oculos ad cælum attollere veritus, dicebat: Domine, propitius esto mihi peccatori. *hæc eſt illa humilitas, quam Deus gratia ſua dignatur, quem ſuperbis reſiſtere, Apoſtolus ait. Uendum tamen, ne noſtre indignitatis agnitione, abſorpti, deſperemus, ſed interea multa ſibi conſtantia tentationes omnes ſuperemus, quæ multa & graues interdū incidere ſolent. Etenim non eſt Deo ſe nos videre vel audire diſſimulat, dum diutius nos clamare patitur, nec ſua gratia ſua iudicia præbet. Sed hæc ad Dei verbum recurrere oportet, quo docemur, Deum nihil latere poſſe, ita nos illi cordi eſſe vt materni amoris affectus illius pro nobis cura longè ſuperet, & capere quos pilos numeratos habeat. At ſimul etiam terret propria indignitas, cuius cognitio ex lege oritur, quæ nos peccatores & filios iræ eſſe docet. Huic igitur Euangelij promiſſiones opponere conuenit, quæ nobis iuſtitiam & ſatiſfactionem in Chriſto monſtrant, qui nos morti ſue merito patri reconciliant, omnibus ad ſe venientibus pacem & ſalutem certiffimam pollicetur. Nec exempla de ſuis quibus promiſſiones iſtæ confirmantur, quando maximos peccatores apud Deum per Chriſtum gratiam ueniſſe legimus. Accedit his longè grauior tentatio, qua dubitamus, an ex electorum numero ſimus, ad quos ſalus in Chriſto parta pertineat. Vbi cum primis mulier iſta imitanda erit. Audi illa Chriſtum non niſi ad perditas oues Iſraelis miſſas eſſe, ſeque à Chriſto non inter filios, ſed canes numerari. At tamen ne ſic quidem animum deſpondet, nec in voces blaſphemias & deſperabundas erumpit (vt quidam hodie ſolent) nec curioſam de arcanis Dei conſilijs diſputationem inſtituit; ſed ad præteritauerſa, Chriſti miſericordiam ſanctæ quadam pertinacia implorat, & quod nos facere iubet ſcripſit, conſtanter facit. Ad eundem modum nos quoque omiſſis Dei arcanis, qua imperueſtigabilia eſſe Deus ait, ad promiſſiones ipſius recurrere conuenit, quas ſcriptura vniuerſales proponit, quæ ſeruatam, etſi imperfecta adhuc & infirma fuerit, non tamen à Deo abiici docent. Longamus illis præardentes, & exemplis tum veteribus tum recentibus, imò quotidianis illis, quæ in veterum naturæ ſim occurrunt, noſmet ipſos confirmemus: nec deerit nobis miſericors Dominus, qui tentationibus præiores reddet, & ſalutem petitam benigne conferet.*

Docet hoc præſentis hiſtoria catãſtrophe, quæ multæ conſolationis plena eſt. Primò enim maris fidem commendat Chriſtus, vt Mattheus ſcribit. Deinde addit, Fiat tibi ſicut vis, exiit denarium ex filia tua. At qui omnia iſta ſoli fidei tribuit, ne quis ſalutem hanc vel matris operibus vel diſcipulorum interceſſione impetratam putaret. Nec inanis fuit Chriſti promiſſio. Nam donum uerſa filiam in læto quidem iacentem (nimirum quòd ex ſpiritus immundi diſceſſu aliquantulum delirata eſſet) ſed demonio liberatam inuenit. Vbi admirabilis tum bonitas tum potentia Chriſti docet. Nam & mulieris voluntati totum hoc negotium ſubijcit, & vt olim verbo ſuo omnia creauit, ita in præſenti ſolo verbo demonium eiicit, licet quoad corpus à puella longius abeſſet. Quæ exemplum vrinam obſeruaent qui hodie de corporis Chriſti vbiquitate diſputant, quaſi ea ad ſalutem corporaria ſit, noſque illius virtutem & maiſtatem negare dicunt, ſi illud in cælis agere doceamus. Atque illuſtrior eſt Chriſti gloria & potentia, quòd nulli præſentia corporali alligatus, pro ſua beneuoluntate operatur vbiçunq; voluerit. Nos ergo omiſſis diſputationibus, quibus fidei quoque, atque dubium vocantur, eius bonitati ſimul & virtuti fidamus, qua nos quoque à diaboli tyrannide adſeruit, & cum primis in hoc ſimul, vt libertatem noſtram ſedulo tueamur, quòd nobis cum illo cæleſti genio & vitæ æterna olim frui liceat. Ipſi debetur benediſtio, honor, gloria & poteſtas in æternam. Amen.

H O M I L I A LXII.

Et regressus è finibus Tyri & Sidonis, uenit ad mare Galilee per medios fines Decapolis. Et offerunt ei surdum, difficulter loquentem, & precantur eum, ut imponat ei manū. Et cum accepisset eum de turba priuatim, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & cum ſpuiſſet tetigit linguam eius, ac ſuſpiciens in cælū ingemuit, dicitque ei: Ephphata, quòd eſt. A daperitor. Et ſtatim adapertæ ſunt eius aures, & ſolutū eſt uinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et imperauit eis ut nulli dicerent: ſed quantumcunq; ipſe eis imperaſſet, multò amplius prædicabant. Et ſupra

supra modum percellabantur ; dicentes : Bene omnia fecit : facit ut & surdi audiant, & muti loquantur.

VT Christus Iesus, Dominus noster, laborantes & oneratos amice inuitat: ita neminem ad se venientem rejicit, sed benigne susceptos omni officio subleuat, & indies miraculosis operibus usque presentis suam erga humanum genus bonitatem & virtutem divinam declarat. Nobis vero illorum omnium hic Iesus esse debet, ut illum promissum Salvatorem esse agnoscamus, & in illum credentes salutem consequamur aeternam. Eodem ergo etiam praesens hoc miraculum referri debet, quod ob multa, quae illa continentur, mysteria, Marcus singulari diligentia describit.

Primo locum indicat, dum Christum esse finibus Tyri & Sidonis regressum, per medios fines Decapolis ad mare Galilaeae venisse, ait. Addit Mattheus, quod illic in monte quodam condescendit. Atque quod paulo ante ab ingratis & contumacibus humanarum traditionum atque superstitionum asserentibus discesserat, quos nunc denique accedere dignatur. Sed ut discessu suo, quod incir abiles maneat, adumbrare voluit: ita reditu suo novam salutis spem facit iis, qui ipsum nunc maiori desiderio excipere erant. Et sane multa huius generis videre licebit, si quid olim in veteri testamento cum Iudaeis gerit Deus, probe inspicimus: quos saepe quidem ad tempus deseruit, & hostibus diu exandos tradidit, semper tamen eisdem favore suo clementer respexit, & ex hostium tyrannide asseruit. Facit idem etiam hodie, nec raro peccatis nostris ita irascitur, ut omnem gratiam nobis subduxisse videri possit, mox tamen nonas quodammodo occasiones capiat, ut ad nos redire queat, & saluos facere. Atque hoc illud est, de quo Isaias loquitur, quando Deum alienum opus facere ait, ut tandem opus suum verum perficiat. Opus enim a Dei natura alienissimum dici potest, quando irascitur & perdit, sed flagellis cadit (natura enim nostri amantissimus est, & saluos cupit omni generis & loci hominum) cadit tamen et flagellat eos, qui hoc meruerunt, sed id eo cadit, ut emendatos in gratiam recipiat, & novo favore prosequatur, quod opus eius proprium merito dixerit. Debent ista nos consolari in tribulationibus, ne dubitemus patere nobis diuinae gratiae & bonitatis fores: interim tamen non aspernamur eam gratiam, quam hodie indignis & ingratis offert, ne dum illam multoties repellimus, iam nobis constemus prorsus implacabilem.

Porro ad Christum reuersum magnam undique populi turbam confluisse, & egrotos multos ad se adduxisse Mattheus scribit, inter quos etiam surdus iste & lingua impeditioris homo fuit, cuius historiam praeter ceteris sibi describendam Marcus sumpsit. Adduxerunt (inquit) ei surdum, & difficulter loquentem, & precantur eum, ut imponat ei manum. Noluit illos hominis miseri calamitatem, quem audire & lingua defectus rebus gerendis ineptum omnino reddebat, & Christo adducunt, quod istis vitijs nullam humanam artem mederi posse viderent. Nobis autem in misero hoc vitijs nostrae corruptionis typus considerandus venit, quando eadem est, quoad animam, omnium nostrum conditio, quae miseri huius fuit quoad corporis vicia. Quia enim diabolus salutem nostram perpetuo in infidias struit, totus in hoc esse solet, ut ea nobis eripiat, quibus illa aut parari aut retineri potest. Iner illa praecipuum est Dei verbum, quo edocet & illuminat, in Christi cognitionem adducunt, in illo salutem fide apprehendimus, per eundem patrem Deum invocamus, eidem gratias agimus, & aetate demique efficitur, ut pro veris Dei cultoribus & filijs possumus agnosci. Quid sit autem Prius surdos reddere conatur, ne Dei verbo aures praebamus. Fit hoc multiuariam. Alij enim ipsius praesens suggestionibus persuasi, superuacaneum esse putant verbi studium, cum homo per se abunde sciat, & natura lex nobis ad vitam recte instituendam sufficere possit. Alij propter obscuritatem si- licet verbo Dei abstinentium esse arbitrantur, quam tantam esse sibi persuaserunt, ut ex eo nihil certi dici posse dicant. Sunt item, qui carnis affectus secuti, verbum hostiliter odisse & persequi solent, eoque illud studijs suis aduersari vident. Qui instar aspidis (ut David ait) aures obturant, ne quid suus cupiditatibus inimicum audire cogantur. Et hi quidem omnes verbum vel omnino nunquam audiunt, vel nullam cum animi attentione audiunt, vel auribus sinistris audiunt, dum ex ijs, quae bene & recte dicuntur, calumniandi occasiones capiunt. Est haec surditas omnium nocentissima, & manifestum salutis periculum sibi coniunctum habet. Quae enim de illorum salute spes esse potest, qui verbum & numerum salutis non admittunt? Nec tamen hoc loco subsistat diaboli rabies, sed viterius

Argumētum est ad eos, quos prius reliquerat.

Christus redit ad eos, quos prius reliquerat. Math. 15.

Isaie 28.

1. Timoth. 2.

Surdus & difficulter loquens ad Christum adducitur.

Typus conditio nis omnium nostrum.

Diabolus surdos reddit, & lingua impedit.

Psal. 58.

progressa linguam quoque inuadit, quam suis artibus adeo impediam reddidit, ut nec Christum confiteri, nec Deum invocare, nec illius beneficia gratiarum actione celebrare, aut ea loqui possit, quae ad proximi aedificationem faciunt. Eosdem vero ad blasphemias, detractiones, impingit, illorumque ad omnia, quae bonis moribus officunt, expeditissimos & loquacissimos reddit. Talem hominem hodie magnus vbique est numerus, qui cum ad omnia pietatis praecepta & officia surdis & mutis inepti sint, impuris tamen sermonibus assidue student, illis delectantur, nec vnquam iis vel audientis vel dicentis fatigari possunt, quae ab hominum Christianorum auribus atque oculis alienissimum esse debeant.

Ut cum surdis & mutis agi oporteat.

Isaie 35.

2. Timoth. 3.

Exod. 23.

Christus surdo & mutis medetur. Ioan. 15.

Ioan. 6.

1. Corinth. 12. Colof. 2. Iacob. 1.

Hebr. 2. 4. 5. Luc. 19.

Ceterum quia tales in summo salutis sine periculo constituti sunt, non parum proderit videre, quid cum illis agi oporteat, si quo modo liberari & sanari queant. Docet hoc presens historia illorum exemplo, qui miserum hunc ad Christum adduxerunt, & rogarunt, ut ipsi manum imponeret. Primum igitur ad Christum ducantur, qui se apud Mattheum cap. 9. verum & fidem animarum medicum esse praeficitur, & quem a patre nobis datum esse Isaia ait, ut surdorum aures aperiat, mutorum linguas iubilum soluat, & omnibus viris medeat, quae salutis nostrae officere possunt. Et hic quidem singulos officij sui meminisse decet, Christo adducant ministri quoscumque, illius ope indigere vident, & quae tales plerumque reluctari solent, & medici manum difficulter admittunt, mutis quoque & relictis inueniunt tempestiuè & intempestiuè, & cunctabundos urgeant, si forte ipsorum salutem consulerent possunt. Eadem cura ad magistratus quoque pertinet, quibus cum publica salus cum primis commissa sit, itaque quam negligere debent, sine quo ne priuata quidem cuiusquam salus consistere possit. Ceterum ergo ut sublati hominum traditionibus, silentium iis imponat, qui rude vniuersum ad Christum adducere consueverunt, fidos autem Euangelij ministros tueantur, quorum studio veritas & salutis cognitio ad omnes propagatur. Sed & singulorum est, hac in re charitatis officium facere, si quos Christus medico opus habere viderint. Si enim inimici bouem vel asinum errantem aut nimio pondere depressum negligere scelus est, quantum grauior illorum culpa est, qui fratres negligunt, quos ad Deum surdos esse, & in diuinis linguis impeditas, in turpibus vero & noxijs plus satis liberos habere vident? Accedant autem admonitionibus & hortationibus ardentibus ad Deum precibus, ut talium hominum miseris, suam manum ipsis porrigere, & miseris sua gratia curare dignetur. Sed de peccata iam nostri seculi socordiam, quando alij quidem ista nihil ad se pertinere putant, alij neminem rogari aut cogi debere clamant, multi vero eiusmodi homines in delicijs habent, & ex illorum cum impijs illusionibus voluptatem capiunt, plerique etiam in precibus frigidis sunt. Quos si malum hoc indies latius serpat, & plures quotidie inficiat.

Sed Christum videamus, qui ad se venientem amicum suscipit, & ita illi medetur, ut non modo diuinae suae virtutis specimen edat, verum etiam rationem tradat, quam eos sequi oportet, qui in istius luce affeque cupiunt. Primo à turba seorsum adducit. Et enim suos è mundo selegit, ita ut ne quicumque mundo addictos esse vult eos, qui ex suorum numero censerent voluit. Frustra enim medicina illis adhibetur, qui ex morbidorum contagio nouos indies morbos sibi ipsi asciscunt. Deinde dignos in morbo illius immittit, & spatio suo illius linguam contingit. Diuina enim virtute animos nostros aperit & trahi oportet, ut Dei verbum attentè audiant, nec vnquam saluaria & sancta loquentur, nisi celestis sapientiae salua animos nostros imbuat & linguas gubernet. At hanc salua Christus habet, qui nobis à Deo sapientia factus est, & in quo omnes sapientia et scientia lauros recondit habemus. Tercio in caelum suspicit Christus, ut ostendat, salutem & quaecumque ad hanc salutem à patre caelesti peti debere, à quo omne bonum datur, Apostolus quoque testatur. Quarto inquit, missus dicitur, nimirum quod in vno hoc vniuersalem humani generis corruptionem deplorat. Fidelis enim est Pontifex, qui ut nobis compari potest, ita dolet illi hominum infelix sortem, quos natus a caecos, surdos, mutos, & ad capeendum regnum Dei ineptos esse videri. Vnde alibi illorum affligitur, cum horribilem urbem Hierosolymorum occasum animo suo versaret. Quinto ait, Epaphrothata, quod est, Adaperitor. Est enim sola diuina virtute saluamur, salutem tamen per regnum nobis Christus offert, quod fide nos excipere conuenit, ut alibi proluxius dictum est. Voluit autem vocem Hebraicam, siue Syriacam potius, Marcus apponere, non ut incantatoribus & Magicis occasionem daret, qui voces eiusmodi ex diaboli suggestionem diligenter conquirunt, & quasi illis aliquos

virtus
morbi
de T
aliqui
mirac
& sup
notis
suo s
obedi
qui pr
De
velim
ple su
conce
simul
Libe
mor, s
verba
Si qui
metip
Se
defra
pari
reflat
ueran
par a
Deo p
dere d
illi de

virtus in se, eas aut demurrare aut ex collo suspendere solent, ut hominum, vel etiam pecorum, moribus mediantur. Sunt haec cum superstitione coniuncta, & a gentium sapientibus improbata, sicuti de Theophrasto legitur, qui Periclem eo nomine reprehendit, quod agrotantem schedulis eiusmodi aliquid tribuere videret. Longe ergo aliud fuit Marci consilium, nimirum ut sciremus, Christum in miraculis edendis nihil prestigiose fecisse, nec incantatorum & exorcistarum more verbis conceptis & supersticiosi demurrationibus, adhaec vocibus peregrinis & vix ulli antea auditis, sed vulgò & simpliciter utam esse, & quidem talibus, quae praesenti negotio pulchre convenirent. Nec mora, verba ipsius effectus sequitur, non quia ipsis virtus ea inesset, sed quod ab eo proferrentur, cuius nutui omnia obediunt. Aperiuntur ergo surdi aures, solvuntur linguae vincula, & iam rectè & expedite loquuntur, qui prius nec aurium nec linguae usum integrum habuerat.

Docent haec, quae via nobis insistentium sit, si Dei verbum cum fructu audire, & salute vera frui volumus. Relinquamus mundi infelicis consortium, qui totus in malo constitutus est, & cum exem- plo suo, cum improbis sermonibus à Deo retrahit, & bonos etiam mores corrumpit. Inde ad Christum concedamus, in quo dedit pater quaecumque, salutem nostram inseruiunt. Nec modò verbum audiamus, sed simul preces & gemitus iungamus ardentibus, nec interim de Christi fide & Dei bonitate dubitemus. Liberi vero, rectè & dextrè loquamur, & faciamus omnia. Fidem in Christum ingenue profiteamur, precibus & gratiarum actioni assidue vacemus, temperemus autem nobis à spurco sermone, & verba nostra a diuino atq. caelesti sale condiamus, ut & gloriae Dei, & audientium edificationi seruiant. Si quis secus agunt, si se haudquaquam adhuc liberatos esse declarant, aut spreto Christi beneficio se- metipsos diabolo rursum vincendos tradiderunt.

Sequitur historia catastrophe, quae duo habet. Praecipit Christus ne cui hoc dicerent. Ica verò mo- ditam docet, ne auram popularem ambitiosius affectemus. At populus (quae altera huius epilogi pars est) vndique tam hoc quam reliqua illius miracula divulgat, illumq. omnia bene & rectè facere testatur: nihil nimirum phariseos virtus, quos Christo & discipulis ipsius indefinenter insidiari no- uerant. Est hoc memorabile confessionis fidei & gratitudinis exemplum, quae duo passim à nobis seri- ptura requirit. Prestemus ergo illa hodie, & cum cerò nobis constet, Christum Iesum, qui nobis à Deo patre doctor & saluator datus est, viroq. officio rectè functum esse, nequaquam nos illius pu- tare decet. Quin potius amplectamur illum vera fide, fidem verò cum ore cum vita proficiamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Officia eorum, qui salutem in Christo frui uolunt. 1. Ioan. 5.

Ephes. 4. Colos. 3. Psal. 34.

Gratitudinis et Confessionis fidei exemplum.

C A P V T V I I I .

IN diebus illis, cum turba omnino multa esset, nec haberent quo ue- scerentur, aduocatis ad se Iesus discipulis suis, dicit eis: Misericor- dia commoueor erga turbam: quia iam triduum manent apud me, nec habent quo uescantur: & si dimiserò eos ieiunos domum suam, de- ficient in uia: quidam enim eorum è longinquo uenerunt. Et respon- derunt ei discipuli eius: Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in deserto? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Ipsi uero dixerunt, Septem. Et praecipit turbæ, ut discumberet humi: & acceptis septem illis panibus cum gratias egisset, fregit, deditq. discipulis suis ut appo- nerent, & apposuerunt turbæ. Habebant item pisciculos paucos: & cum benedixisset, dixit ut hos quoq. apponerent. Comederunt autem, & saturati sunt, & sustulerunt, quæ superfluerant, fragmentorū septem sportas. Erant autem qui comederat, quasi quater mille: dimisitq. eos.

